

## A DE SEPVLCHRIS, PYRAMIDI

*būs Aegypti, quæ inter septem miracula annumerantur,  
et eorum conditoribus. Cap. II.*

**E**rege defunctio, Aegyptij regno sibi vindicato, regem ex suis crearunt, Miridem nomine: quem nonnulli Marionem cognominant, virum minime bellis aptum. Is sepulchrum sibi construxit, quod Labyrinthus appellatur: rem mirandam profecto, non tantum operis magnitudine, quantum arte ad imitandum difficulti. Nam ingredientibus haud facile regressus datur, nisi duce itineris experto. Ferunt quidam Dædalum ad Aegyptum penetratèm: admiratum huius operis artem, similem in Creta regnanti Minot construxisse: in quo fabulantur extitisse Minotaurum. Sed Cretensis Labyrinthus defecit, siue opera hominum, siue tempore corruptus: Aegyptius vero usque ad nostra tempora integer manet. Defuncto rege post quintum genus, cum Aegyptus regere careret, ex dignioribus quidam in regem assumptus est, quem Aegyptij Cete, Græci Protheum appellant, qui Ilaci bellum tempore extitit. Hunc artum peritum fuisse tradunt, & in uariis se formas tertere solitus: ut nunc animal, quandoque arbor aut ignis, aut quid aliud uideretur. Quia eadem & sacerdotes de illo scribunt. Harum rerum cognitionem ex continuo astrologorū ac sacerdotū usu rex est asseditus. Consuetudo autē regibus tradita, Græcis ansam huiusmodi transmutationis fingendī præbuit. Nam Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorē parte in capite ferre, insignia principatus. Quandoque vero arborē, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta, hæc tum ad decorē spectabant, atque ornati: tum stuporem ac superstitionē quandā aspicientibus iniiciebāt. Mortuo Protheo filius successit, per omnē uitam uectigalibus, & ad curuā undique thesaurū intentus: uir pusilli animi, atque avarus: ut quicquid deorū muniberis, neque ulli beneficentiae uacat: ita ut non rex, sed ut dispensator bonus, pro uirtutis gloria plus aurum argentiisque præteriti reges omnes (quadrinagenta talentorum milia ea fuisse tradunt) reliquerit. Post huius obitū septem fuere reges, intantum ocio dediti ac uoluptati, ut sacri libri nulla eorum gesta continant historia digna, præter unius Niley, à quo fluvius fortius est nomen, cum ante Aegyptius uocaretur. Hic cum plures fossas, easque opportunis fecisset locis, & Nilum utilem admundū incolis reddidit, & nominis causam præbuit. Octauus deinceps rex Chemmis Memphis annos regnauit quinquaginta: ædificauitque trium pyramidum maximā, inter septem præclarissima opera annumerata. Haec uersus Libyam spectant, longeā Memphistadijs centū uiginti, à Nilo autem quinque & quadraginta: quæ & artificio & operis magnitudine mirabilem stuporem præberet aspicientibus. Earum maxima quatuor est laterum, quorum quodlibet ab inferiori parte iugera septem continet. Altitudo ampliusque sex iugera tollit: latitudo quodlibet, deducta paulatim usque ad uerticē altitudine, continet cubitos sexagintaquinque. Ex lapide duro, difficiliisque ad tractandū, sed æternū permanensu structa omnis constat. Nam fermē mille annis, ut aiunt quidam, ut alii tradunt, amplius tribus milibus quadrinagentis ad nos usque ea moles integræ permanuit. Ferunt eos lapides ex Arabia longo admodum itinere aduenctos. Aggeribus autē fabricata est, nondū eo tempore inuentis machinis: opus certe mirabile, præfertim in terra undique arenosa, ubi nulla neque aggeris, neque caselli lapidis sint uestigia: ut non ab hominibus, sed à diis tanta moles structa videatur. Conantur Aegypti mira quedam de his fabulari, ex sale & nitro aggere eos factos, posteaque Nili incremento liquefactos absque hominum labore penitus desecisse. Verum id procul à uero abest. Nam & multitudine hominum agger constructus, & multitudine deletus est. Trecenta enim et sexaginta hominum milia, ut aiunt, ad id opus deputata sunt: quod uiginti fermē annis absol-